

otia facit, et hanc alteram insaniam aliquando libeat
insanire. Vale vir amicissime et me ama, contra quem
a Collegio Bossio spondere mihi audeam, qui ad organum
hactenus, silentio solus omnium respondet, Inquire quare
et me doce numquid offensae manum cohibeat viri summi
^{amici}
et ut putabam integerrimi. Haga Comitum XXI Martii.

CICIDCXLI.

(305).

Golio.

Fuisti inter primos, vir amice, quorum de dissertatiuncula
nuper a me edita, iudicium explorare solliciti credidi
mea interesse. Etiam testatus coram es quid sentiret.
At nimirum in te receperas idem per epistolam, ut viri
alii doctissimi fecere, latius exequi. quod situm venio
quid causae sit, cur fidem hactenus liberare negligas,
atque si in commodum non est, rogo propediem ut
facias, et me ames vir Amplissimo

Sibi addictissimum
fraterno affectu
C. H.

Offeldi XIX. Junii 1641.

Addo his exemplar literarum Wendeliani
nuper allatarum, ut ijs partim doceas
quod fortasse nondum exploraveris,
partim me quoque doceas quid reponere
debeam de Chronico Samaritano et
Eclipsibus.

Barlaeo.

Mirifica me affecere, vir Doctissime. Veneris Britannicae
decor et elegantia, nisi sic mavis, majestas et amor.
neque facile dixerim an unquam hactenus verius te
clarisque superaveris; nonnullas periodos Principibus
vili facundia explenti, qua si quid auctoris laudi detrac-
tum ini, neque enim aliter fieri potuit, amori impu-
tabis, et fraterno affectui, quibus exprimendus si par
essem, nemini vel Barbare ignotus videres. Postremis
versiculis eos quorum interest praecipue devinxisti, neque
aptiori voto claudi Epithalamium potuit, quam ut
ea quae caelum sociavit, mare ne separet. Indolui
serio, cum Heenvlitius nunciauit sero sibi exempla
ria in Angliam allata fuisse, ut pene spes illa
decollasse

(306).

decollasse videatur. opposui me tamen, et viam, nisi fallor indicavi, quā tam bona sementis messem trans mare accersere non adeē sit Βουκολον, siquidem amore te prosequitur quem profitetur, et meritis es, altero non inferioris notae carmine. Interes tantillum hoc quōd a Principe meo profectum est, ut ab amicissimo Evieque fortio pridem acceperis, boni consule. Si doctiores proceres nacti essemus, ditiores docti fierent: nunc his utere mecum, quid agas rerum quid mediteris, aut pangas, qui cum Tessala conveniat, et rivalibus, quam mox epigrammata nostra ~~conveniat~~, cum censuris remissurus sis scire cupio, et te valere mi amice, quam athleticē, ut ego quidem valeo. In Castris ad Gemnepam ~~officia~~ XIX Junij CIOIOCLII

Implendus acriter Aeneolithus est, per Vicofortium et Batlaum ne frigescere hoc ferrum sinat. Dabo et ego eandem operam oblatā occasione.

Aloofio Bossioque S. P.

(307)

Benericicio.

Accipio colorem, Rector mi, et quando ita vis, concedo silentio inter causas fuisse τὰ φαρμάδια ὑπισάμενα cum ingenti adversario excutienda; ne nimirum sine munere Regem Persam adires, grandia me dono doctior ditiorque nuper factus, si Divi placet. At si insistere me huic vestigio fers, quid tandem causae prodes, cur libellos duos non ita pridem publico datos, Dordracum tuam et nescio quid portō Politici, me solum celare volueris? Adeone nuper didicisti quod ex Aristotele, mo loco prudenter amicum monuisti, quanto sit τῆς ἀρεσκυλείας, vis, εἰς τὰς φίλιās; aut unum me de omni gente Batavorum seposuisti, quem latere expediret originem et inconvulsa nobilissimarum nobium floris, plane mihi, vel te cine, dilectissimi et venerandi? Excute, age, suppellectilem omnem Rhetoricam, et magnum item Bossium proceptorem aduoca; Totus dubitō sequid communi operā satisfaci inducitur sitis culpe si non latissima, tanta tamen ut longe sufficiat angustior crabroni, quali cum

hodie